

www.e-rara.ch

Familiarium colloquiorum formulae, et alia quaedam

Erasmus, Desiderius

Basileae, an. 1519

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-2298>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

52 58

Ki. An. D. VIII. 23.


Kirchenbibliothek
Basel.

In. f. 14.

- 1^o Erasmi Rotterd. familiarum colloquiorum
formula et alia quaedam. Basil 1519.
- 2^o Erasmi Rotterdami ^{epistola} Apologetica ad Chis.
Lophorum episc. basil. Basil 1522
- 3^o Lopedis Jac. Hunica annotatio in anno
tationem Erasmi ea Johannis Cap. I
- 4^o Erasmi responsio in annotationes Jac.
Lopidis Hunica ea capite quarto.
- 5^o Sanctii Caranzace annotationes
- 6^o Apologia D. Erasmi adversus libellum
Hunica. Basil 1522.
- 7^o Erasmi scripta Epistolae unius Jan. Ellisa,
10 pif fuf pffo uniman, Lad p'a manu
yalipf p'ian.

10

Hic tractat Liber, cuius n. 111 Com m



FAMILIA
RIVM COLLOQVIORVM
FORMV/
LAE,
ET ALIA QVAEDAM,
PER DES. ERAS
MVM ROTE/
RODA/
MVM.



Kirchenbibliothek
Basel.

IO. FROBENIVS LECTORI S.

Hunctibi libellum eme, quisquis breui
tēpore discere cupis, ut latine loquaris. The-
saurus merus est, non libellus. Scribit ERAS-
MVS noster Roterodamus incomparabilis
ille literarū antistes, in De ratione studij: neu-
tiquam inutile futurum, ceu formulas ali-
quot proponere pueris, quibus orationibus
in lusu, quibus in congressu, quibus in
cōuiujs uti debeant. Has sic oportet esse doctas, ut simul & fa-
ciles sint & iucundæ. En
eas ipsissimas. Bene
uale, & Frobe-
nio gratiā
habe.

BEATVS RHEMANVS, NICOLAO
 ET CRATONI STALBERGE
 RIIS PATRITIIS FRANC
 FORDIENSIBVS, NICO
 LAI FILIIS S. D.



QVOTIES in mentem uenit
 feruentissimi studij uestri,
 quo nõ modo Latinas, sed
 & Græcas literas pdiscitis:
 cogitare soleo, quanã re ue
 strum adiuuem profectũ.

Nam credite uera loquenti, nõ minus mihi
 curæ est, ut politio^{rem} eruditionẽ cum opti
 mis, hoc est Christianis copulatam moribus
 cõsequamini, quam uel clarissimo uiro Nico
 lao Stalbergerio parenti uestro, uel Guiliel
 mo Neseno præceptori, quod sperẽ uos bo
 nis institutos literis, & Christianis imbutos
 opinionibus, olim publice cunctis, & priua
 tim singulis profuturos: cũ uel in senatum al
 legemini, uel salutaribus alioqui cõsilijs rem
 publicam iuuabitis, aut cũ uobisipsis & alijs
 meliora suadebitis. Prõinde Lamberti Hol
 lonij Leodiensis docti iuuenis opera, famili

Nicolanus
 Stalber
 gerius, Cõ
 sul franc
 fordien
 sis.
 G. Nese
 nus Na
 stadien
 sis.

Lambert
 us Holo
 nius.

4 AD STALBERGERIOS PRAEFATIO

arium colloquiorum formulas nactus, quas

Augusti
nus Ca/
minadus.

Erasmus abhinc annos. xx. aut amplius, in Augustini Caminadi, ni fallor, gratiam, qui Selandos quosdam pueros docebat, per lulum conscripsit, dum Lutetiae degeret, statim excudendas typis apud Frobenium curavi, cum ut uobis in primis gratificarer, tum ut ad alios quoque studiosos hic thesaurus pueniret, apud malignos quosdam haecenus non secus custoditus, ac uellus illud aureum a peruigili dracone, & ab ipso Caminado semel atque iterum magno uenditus. Libellus ipse parentem Erasmus refert stili candore, facilitate & argutia. Praeterea nihil poenitendum, nihil triuiale continet, sed ex optimis duntaxat autoribus deceptos elegantiarum flosculos, Quamquam exemplum ipsum multis locis deprauatum erat, quorum nonnulla correximus, quaedam auctori ipsi reseruauimus, qui hunc libellum plane perisse putauit. Bene ualete, cum Guiljelmo Nefeno praepatore uestro, uiro non minus integro quam erudito. Basileae. x. Calendas Decembreis. M. D. XVIII.

COLLOQVIO;

RVM FAMILIARIVM
FORMVLAE.

COLLOQVNTVR AVTEM IN HOC
LIBELLO, CHRISTIANVS, AVGV
STINVS POËTA; PETRVS
PVER, ERASMVVS, THEO
DORICVS, MIDAS,
HOSPITES.

SALVTANDI FORMVLA PRIMA.

PRAECEPTOR.

CHRI
STIA/
NVS.

amice.

pater.

mi More.

uir ornatissime.

sodalis iucundissime;

candidissime Simon.

turpissime nebulo.

ganeo leuissime.

meum delicum.

mea uita.

meum suauium.

mea lux, meum decus.

meum mel,

Salue

Mea uoluptas unica.
 meum corculum.
 mea Bacchis.
 multum mi Christiane.
 etiam atq; etiam.
 Salue iterum atq; iterum.
 aeternum maxime Palla.
 Quantum uis.
 Plus millies Gerarde.
 Totus mi Ioannes.
 Plurimum uxor.

*e Salu
 atio ne*

Salus tibi. Salue regina formosissima, cū ca-
 tulis te matre dignis. Vt me salutas, ita resal-
 lutabere. Vt me salutaris, ita resalutaberis.
 Saluus sis tu quoq; Nicolæ.

¶ Salutare est dare salutationem. Resaluta-
 re est salutationem reddere.

Obuios, quos adimus colloquēdi gratia, cœ-
 nantes, oscitantes, singultientes, sternutātes,
 tussientes, dormientes, bibentes, nos saluta-
 mus, nosq; tū illi resalutāt. ¶ In ructu cre-
 pitūue salutare, hois est plus satis urbani.

Absentibus

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 7
ABSENTIBVS HOC PACTO SALV-
TEM AVT MANDAMVS, AVT PRE-
CAMVR, FORMVLA SECVNDA.

Christianum plurimum saluere iubeo. *Sunt ab*
Christianum suum plurima salute impar- *Amo*
tit ERASMVVS.

Arnoldum meum mea causa fac diligentissi-
me salutes. Matri quàm potes officiosissi-
me ex me salutem dicito. Christiano bene
esse cupio. Christiano ut bene sit, precor.
Augustinus tuus te plurimum saluere iussit.
Gerardus me tibi suo nomine salutem dice-
re præcepit. Ab ERASMO iussus sum te ma-
gnopere salutare. Omnes tibi salutem cõ-
precantur. Salutat te Aegidius. Henricũ
meis uerbis saluta diligenter. Iacobus mul-
tam salutẽ tibi adscribi iussit. M. T. C. Tyroni
suo S. D. P. Præceptorẽ meum fac meo no-
mine salutes. Salutabis ex me patrem tuũ
uirum integerrimum. Adriano meo fac mea
causa salutem nuncios diligentissime. Salu-
tato homines, quotquot de me, te rogabunt.

3 FAMILIARIVM COLLOQVI

l. 1. f. 8 ANNVENTIS FOR.

AVG. Faciã equidẽ. ac lubens. Curabo. Curabitur. Haud negligã. Habebo curã. Haud prætermittam. Volens faciã. Nihil æque libens fecero. Curabo diligenter. Fiet. Curã erit. Ita faciã.

ALIA SALVTANDI FOR.

Licebit interim honoris gratia mutare salutandi formã, hoc modo.

Salua sit tua	{	Præstantia	Beatitudo
		Paternitas	Maiestas
		Sanctitas	
		Clementia	Tuus candor.
		Reuerentia	excellencia.
		Dominatio	Dexteritas.

VALETVDINIS.

CH. Vt uales optime Augustine? Qui uales?
Quo pacto tecum agitur? Vt te habes?

RESPONSORIA.

AVG. Recte, bene ualeo, belle, pbelle, bellissime. Feliciter, q̄ optime, pulchre, festiuiter.
Haud male quidem ualeo, Bene habeo.

☉ Sin minus recte ualeas, sic responde.

Caue

Caue autē dicas uulgato more, taliter q̄liter:
 quæ culinaria est elegantia, haud oratoria.
 Sed sic, Equidem utcunq; ualeo. Mediocri-
 ter quidem ualeo. Ut possum, quando ut uo-
 lumus, non licet. Ut soleo, Ita ut superis ui-
 sum est, Non optime sanè. Planè infelicitè.
 Non admodum ex sententia.

ALIA DE VALETVDINE RO-
 GANDI FORMVLA.

AVG. At tu qua ualetudine es?
 Verè tu Christiane, qualis tua est ualetudo?
 Qua ualetudine es præditus?

RESPONSORIA:

CHRI. Fauſta, incolumi ualetudine, felici, p-
 ſpera, bona, optima. Optabilis eſt,

LIBENS AVDIO, FOR.

AVG. Lætus iſtud audio. Audire iſtud ex
 animo gaudeo. Ut idem facias ſemp, opto.
 Eſt mihi iſtud auditu perçipiucundū. Vo-
 luptatem magnam mihi nuncias. Haud in-
 uitus audio. Oppido lætor iſtud audire ex
 te. ¶ Oppido aduerbium, id eſt, ualde.

Gaudeo tua cauſa, Lætor uice tua, Ita ut per

ro FAMILIARIVM COLLOQVI
petuo facias, precor. Vt sic q̄ diutissime ualeas,
oro. Gratia deo, Laus superis, Gratiā habeo
cœlestibus, Deo gratia. ¶ Deo gratias,
ecclesiasticis relinquito pro cantilena.

STATVS ET CONDITIONIS RERVM.

CHR. Quo tandem in statu res tuæ sunt posita?
Quo pacto res tibi habet? Recte ne sūt omnia?
Satisne omnia ex sententia? Salua ne sunt omnia?
Suntne ut uis omnia? An ex uoto sunt omnia?

RESPONS.

AVG. In optimo statu. In tolerabili. In felicissimo,
mediocri. Omnia salua uelim quidem. Recta quidem
uellem omnia. omnia prospera at minime sunt.

CHR. Bene est. Recte. Optime. Bene factū. Perplacet.
Est uolupe. Gaudeo. Qui fit, ut minus salua sint omnia?
¶ Caue dicas, bonū est, pulchrū est, est rectū : in hoc dūtaxat sensu.

OPERIS.

AVG. Sic dñs uisum est. Quid agit? Quid rerū agis?
qd operis facis? Quid negocij geris? Quid agit rerū?
Quid agis? Quid fit?

NIHIL AGO, FOR.

CHR. Equidem ocium ago. Nil quidem agitur

ORVM FORMVLAE PER ERAS. II.
tur, nihil rerum ago, nihil fanè fit apud me.
Id quod uides, nempe nihil.

IMPEDIO TE, FOR.

AVG. Sum fortasse tibi impedimèto. Ego te
fortasse qppiã agentè interturbo. Ego fortas
sis te aliquid conantè obturbo. Forsitã nego
cia tua interrúpo. Remoror fortasse rem tuã,
negocium.

REPONS.

CHR. Imò in tempore aduenis. Opportune
ades. Expectatus aduenis. Nam uoluptati
est mihi tuus aduentus, haud impedimèto.

STVDES CONTINVE, FOR.

AVG. Tu perpetuo studes. Studes & no
ctes & dies. Assiduus in studio es. Nullum
facis studendi modum. Immodico studio te
maceras. Nullam studijs tuis quietem inter
mittis. Nunquã studendi laborem inter
mittis. Nihil tibi parcis. Continue studes.

IRRIDES ME, FOR.

CHR. Nunc tu planè rides me. Derides me.
Ludisne nũc me? Habes me risui. Iocaris me
cum. Me in derisum habes. Ludibrio sum ti
bi, Illudis mihi: & illudis me, pro fallis me.

† Als n
legit,
tum pos
tine enu
ciandur

Rem

REM IPSAM DICO, FOR.

AVG. Minime rideo, sed id quod res est dico. Non rideo quidem, imò rem ipsam dico. Serio loquor. Ex animo dico. Ex animi sententia loquor. Haud (ita me deus amet) iocor.

CVR NON VISITAS NOS, FOR.

CHRI. Quid causæ est, quod iam pridè nos non uiseras? Quid accidit, quod iamdiu ad nos nò accesseris? Quid sibi uult, quod post tantum dierum nos non inuiseras? Cur tam rarenter nos uisis?

NON LICVIT. FOR.

AVG. Non licuit per occupationes. Non licuit per ocium. Volui quidem, at non licuit mihi per mea negocia. Non sinunt mea negocia, qui te aliquando uisam. Ita sum occupatus, ut nunquam fuerim occupatior. Tot me res distinent, ut nihil fuerit ocij. Occupatior fui, quam ut potuerim. Negocijs multis impeditus uenire non potui. Non licuit per ualetudinem. Non licuit per tempestatem.

CHRI. Accipio excusationem: at ea lege, ne sæpe utaris. Excusationē tuā recipio. Occupa
tiones

tiones tuæ, excusationis locum habent.

¶ Habeo te excusatū: & si grāmā tice a clati-
ne dicitur, tamen oratio est uulgaris & pro-
pēmodum culinaria.

AGENDI GRATIAS, FOR.

AUG. Gratum mihi fecisti, quod aliquoties
ad me scripseris. Habeo gratiā, quod ad me
crebrius scripsisti. Amo te, quod interdū ad
me literas dare non dedignatus es. Habeo
gratias, quod crebris literis me uisitasti. Ago
tibi gratias, qui literarum fasciculis nos on-
erasti. Maxima tibi à me habetur gratia, qui
nos aliquando literis laceſſiuiſti.

NOVA ROGANDI.

CHRI. Nihil ne nouarū rerū è patria affert?
Nunquid noui de noſtratibus accepisti?
Quid noui? Quæ noua fers? Num quid no-
ui fert? Num quæ res nouæ è patria nūciāt?

RESPONSORIA.

AUG. Noui quidē permultum, at nihil ueri.
Nouarū quidē rerū ſatis, at nihil comperti.
Noua per multa, at explorati nihil. Non pa-
rū noui, at ueri nō multum. Nihil affertur
nouī.

noui. Nouarum rerum nihil penitus accepit.
 Comperti nihil, noui quidpiam, Rumores
 afferuntur permulti, sed dubij. Plurima est fa-
 ma, at rerum nihil, firmi nihil.

AN ACCEPISTI LITERAS, FOR.
 CHR. Nihil ne literarum accepisti? An ullas
 è patria recepisti literas? Nullæ tibi sunt red-
 ditæ literæ? Num quid scriptorum accepisti?
 Num quas accepisti epistolas?

RESPONS.

AVG. Literarū nihil accepi. Equidē pecuni-
 as quàm literas malim. Argentum accipere
 malim quàm epistolas. Pecuniam recipere
 malim quàm epistolia.

CREDO, FOR.

CHR. Facile credo. Haud difficile creditu est.
 Credi istud perfacile potest. Istud tibi quis
 nō credat? Admodū incredulus fuerit, q hoc
 tibi non credat. At utrūq; malim q̄ neutrū.

UTILITATIS.

AVG. Quorsum spectāt literæ sine pecunia?
 Ad quid tandem inanes conducunt literæ?
 Quorsum ualent, ad quid conferunt, faciūt
 literæ

ORVN FORMVLAE PER ERAS. 19

literæ uacuae? Cui gratæ, cui acceptæ literæ
sine nummis? Quid emolumenti adferunt li-
teræ inanes?

RESPONS.

CHR. Podici tergendo utiles, idoneæ. Con-
ducunt natibus tergendis. Si usum nescis ea-
rum, ad anum expurgandum ualent. Ad na-
tes extergendas. Ad posticum purgandum.
Ad dunes mundandos.

AVG. Quid ualentine amicali? Quid uxor
agit tua?

CHR. Recte: eam apud matrem reliqui, &
quidem prægnantem.

BENE PRECANDI.

AVG. Bene & tibi & illi uertat: tibi quod pa-
ter, illi quod mater futura sit. Assit deus. Ut
utriq; uestrum faustum felixq; sit, precor,
opto. Quæso, oro superos omnes, ut incolu-
mis prole uobis dignâ pariat: & pulchra faci-
at te prole parentē. Laudo te, quod uirum te
præstiteris. Laudo te uirū præstitisse. Gallū
te esse declarasti. Abi, uirum te iudico.

CHR. Augustie facis tuo more. Age age, est
tibi

tibi ius apud me loquendi quæ uoles. Audio te patriam nuper reuississe.

AVG. Sic est factum. Nam diutiuscule iam abfueram: non ferebam tam diuturnum patriæ desiderium. Non poteram à parentum aspectu abesse diutius. Torquebat me tam diutinum amicorum desiderium.

CHR. Pie fecisti. Pius es, qui ista cogitas. Ducimur enim admirabili quodã amore eius regionis, quæ nos aluit atq; ædidit. Et nescio, qua natale solū dulcedine cunctos attrahit, & imemores nō sinit esse sui. Dic quæso, quonam in loco illic offendisti omnia?

NOVA OMNIA.

AVG. Nihil nō nouū. Mutata omnia. Noua ta omnia. Omnia noua. Vide quàm repēte tēpus res mutet humanas uix dū decenniu abfueram, & nō secus oīa admirabar, q̄ Epimenides somniatorū princeps sua somnia.

CHR. Missas fac has nugas. q̄ nā ista ē fabulæ.

AVG. Dicam equidem, si uacat.

CHR. Nihil fuerit iucundius.

AVG. Sellam igit̄ unā cū puluino mihi ponere iube.

ni iube.

CHR. Recte admones, nam sedens commodius mentieris.

AVG. Fabulantur historici de Epimenide ^{Epimenis} quodam Cretensi, qui deambulandi gratia, ^{dis somn} solus urbe egressus, quum in quadam spelu ^{nis.} ca obdormisset, quadraginta septem perpe-
tuos annos soporem continuasse dicitur.

NON CREDO.

CHR. Quid narras? Incredibile dictu. Non
uerisimile dicis. à ueritate aberras. ueritatis li-
mites excedis. Nò fit mihi simile uero. Quid
tandè, theologū tot annos somniasset reris?

AVG. Si bene cum Epimenide actum est, ^{Alis. ere} qui uel tandè ad se redijt: multi Parisijs The ^{dis.} ologi non unquam expergiscuntur, cum qui
bus male agitur.

CHR. Age, facis ut poëta dignum est. Sed
perge mentiri.

AVG. Epimenides igitur somno solutus, è
spelunca prodit: circūspicit: uidet omnia, syl-
uas, ripas, flumina, arbores, agros, breuiter
nihil nò nouū. Accedit ad urbē, percontatur,

b manet

18. FAMILIARIVM COLLOQVI

manet illic aliquādiu: neq; nouit quēquam,
neq; à quopiam agnitus est. Nec miror hoc
Epimenidi post tantum annorum euenisse,
quando mihi post pauculos annos idē pro-
pēmodum euenerit.

CHR. Quid uterq; parens, uiuuntne?

AVG. Viuunt ambo, & ualent utcūq;: senio,
morbo, curis, denique bellorum calamitate
confecti.

CHR. Cœnabis domi ad uesperum.

AV. Foris cœnatur⁹ sum. foris cœnare debeo.

CHR. Apud quem?

AVG. Apud socerū meum, apud generum
meū, apud nurū meā, apud affinem meum.

☉ Affines dicūtur, qui nō sanguinis, sed ma-
trimoniū coniunctione copulati sunt.

CHR. Quæ sūt igit^r usitata uocabula affini-
tatū? NOMINA AFFINITATVM.

AVG. Maritus & uxor nota sunt.

Socer uxoris meæ pater.

Gener filia meæ maritus.

Socrus uxoris meæ mater.

Nurus filij mei uxor.

Leuir

Leuir	mariti tui frater.
Fratria	fratris mei uxor.
Glos.	mariti soror.
Vitricus	matris meae maritus.
Nouerca	patris mei uxor.
Priuignus	uxoris aut mariti fili ⁹ .
Priuigna	filia alterutrius.
Riuialis	qui amat eandem.
Pellex	quae amat eundem.

CRAS PRANDEAS, FOR.

CHR. Ago gratias. Laudo te. Cras igitur te ad coenam uoco. Cras ergo ut mecum cenes, oro. Cras igitur mecum prandeas, oro. Cras igitur te mihi conuiuiam uolo.

TIMEO NE NON POSSIM.

AVG. At uereor ne non mihi licuerit. Ut possim, metuo. Veniam si quidem licebit. At metuo, ne nequeam.

QVARE.

CHR. Cur non licebit? Quid sic? Quid ita? Quam ob rem? Quo pacto? Quid causa? Quid obstat, quod minus poteris? Onerare ita?

DOMI ESSE OPORTET.

AVG. Tu quidem mihi domi manendum est. Ut

b 2 domi

domi nocte sim, necesse est. Tū certe foris eē
nō licebit. Cras q̄q; mihi ire foras liberū nō
erit. A prandio abesse, mihi integrū nō erit.

*Qui fallit se
in regno nō
in uentibus.* Aliquot ipse conuiuas eo die opperior. *Deuone
uua*

Aliquot amici constituere ea nocte domi
nostræ cœnare. Ipsi mihi cōuiuæ sunt ea no-
cte tractandi: alioqui lubens uenirem. Ni id
esset, haud grauatim facerē. Quod nisi esset,
foret, haud me tibi difficilem præberem.

CHR. Vel perēdie apud me sis, oportet. Sal-
tē perendino die ad cœnā uenias, necesse est.

NON POSSVM PROMITTERE.

AVG. Nō possum polliceri. Affirmare istud
tibi non possum. Promittere certo nequeo.
Veniam, ubi utriq; nostrum uidebitur com-
modissimum.

DIEM DICERE DEBES.

CHR. Diem igitur mihi constituas uolo, ad
quem mecum sis cœnaturus. Diem igitur di-
cas oportet, necessum est. Diem igitur pro-
mittas, necesse est.

NOLO TE PRAESCIRE.

AVG. Præscium te esse nolim, Præscire te
nolo.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 21

nolo. De improuiso te opprimam. Inopinato te opprimā. Te nec opinantē oppressero. Te nihil suspicantem oppressurus sum. Nō expectatus adfuero. Adoriar te nec opinantē.

PRAESCIRE VOLO.

CHR. Biduum praescire uolo. Biduum praescius esse cupio. Biduum ante scire uolo. Fac me biduo ante certiozem.

TVO MALO OPTAS.

AVG. Equidē tuo detrimento. Tu opte quidem malo. In damnum tuum istud optas. Incommodo multo precaris tuo.

CHR. Quid ita? Quamobrem?

AVG. Ego instructus accedam. Ego munitus ueniā. Aggrediar te paratus. Instructus multa fame accedam. Tu uide, uulturem expleueris. Parabo uentrem, ac dentes exacuā: tu uide quibus modis lupū exatures, pascas.

CHR. Age, ad hoc certamen te puoco. Age, fac pro uiribus, p uirili, si qd potes maxime.

EA LEGE PROMITTO.

AVG. Veniam quidem: at ea lege, ut tu post die uicissim apud me coenes. Faciam eo

b 3 quidē

quidē pacto, ut tu deinde mihi quoq; sis conuiua. Ea lege cœnam cōdico, ut tu rursum mihi sis conuiua. Spondeo futurum, Recipio tibi, facturum me. Do fidem futurum: his quidem legibus, ut tu mecū postridie prandeas. CHR. Age, fiat. Esto. Sit ita ut uis. Si iubes, faciam. Noui Gallorū magnificentiā: nō uis ea gratia apud me cœnare, nisi uices referas. Cæterū ego te detineo, aliò fortasse iturum. AVG. Imò ego te opinor. Sed cras latius & familiarius confabulabimur. Verum crastino die plura nugabimur. Interim fac ualeas. Interim fac bene ualeas.

QVO IS, FOR.

CHR. Quò tu nunc abis? Quò tu nunc properas? Quò tu tam celeri gradu tēdis? Quò nam pergis?

EO DOMVM, FOR.

AVG. Domum me recipio. Domum reuertor. Domum repeto. Domum me confero. Viso quid domi agatur. Accerso medicum. Rus hinc concedo. Cōstitui ad hanc horam cum uiro quodam grauiissimo colloqui. Statui hac

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 13

tui hac hora uerba facere cū uiro grauissimo.

CHR. Quonam?

AVG. Curione multiloquo.

CHR. Quānam iturus es? Quā ibis?

AVG. Hanc ad sinistram, hac, illac, per forū.

CHR. Comitabor igitur te. Sociabo te usq;
ad diuerticulum.

AVG. Hic te superis cōmendo. Nolo te lon-
gius comitem. Vtlerius nolo me comiteris.

COMMENDANDI, FOR.

CHR. Tu me Curioni magnopere cōmen-
dato. Fac me Curioni multiloquo q̄ cōmen-
datissimum habeas. Me Curioni commen-
datū q̄ diligentiss. curato. Iube, homo ut me
sibi cōmendatissimū habeat. Ego me illi per
te, cōmendatū facio. Me tibi etiā atq; etiam
commendo. Me tuæ humanitati, q̄ possum
diligentissime cōmendo. ¶ Recōmendo, au-
licis pro urbanitate rustica relinquito. Vide
ne pauca cum multiloquo loquaris.

OBSEQ VII.

AVG. Vis me tibi morem gerere? Vis me ti-
bi obsequi? Placet me tibi obsecundaturū?

b 4 Te igit

14 FAMILIARIVM COLLOQVI

Te igitur imitari me iubes? Quandoquidem ita uis, faciam libentissime. Sed priusquam abeas, quaeso te, ne graueris mihi dicere, quo pacto est his, in culpa, in mora, in causa, utendum. Legisti opinor autores quibus modis soliti sint his uti.

CHR. Quin tu potius id aperi, qui soleas elegantiae studiosissimus esse. Quare age, doce obsecro. Dissere amabo.

IN CVLPA, IN CAUSA, IN MORA.

AVG. Mos gerendus est tibi: Non est culpa in me. Mora est in te. In causa tu es: latine quidem ac grammatice dicitur, at multo elegantius.

IN CVLPA.

Non sum in culpa, culpa non est mea. uero culpa. Quod nihil proficis, tua desidia in causa fuit: non praceptor, non pater tuus. In culpa omnes estis. utriusque in culpa estis. Vtriusque culpandi estis. ambo accusandi estis. ambo in culpa estis. Incidisti in morbum tua ipsius causa.

IN CAUSA.

Quo minus ad te scripserim, morbus in causa fuit.

sa fuit. Quod rarius ad te scripserim, mea ne-
gocia in causa fuerunt, nō negligentia. Quid
in causa fuit? Quid causæ fuit? Ego non
sum in causa. Quod nullas à me literas acce-
peris. tabellarius in causa fuit. Quod tā ma-
cilentus es, amor, non studium in causa fuit.
Hoc est in causa.

IN MORA.

Non ero uobis in mora. Quidnam uobis in
mora fuit? Tu nobis in mora fuisti. Tu sem-
per in mora es. Quid te remoratū est? Quis
te remorat⁹ est? Habes quod petebas: tuū
est memoriæ isculpere. Vale mi Christiane.
CHR. Vale in crastinū & tu mi Augustine.

Salue multum iucundissime Augustine.
AVG. Salue tantundem mi humanissime
Christiane. Bonū sit tibi huius diei primor-
dium. Bona uespera. Salubris sit tibi hæc
dies. Quid tandem agitur?

CHR. Suauiter, ut nunc res nostræ sunt.
Omnia quæ uis.

AVG. Merito te amo. Amo te. Amandus
es. benigne dicis. Habeo gratiam.

16 FAMILIARIVM COLLOQVI

IRASCOR TIBI, FOR.

CHR. At ego nō nihil tibi succenseo. At ego tibi subirascor. Verum ego tibi sum subiratus. Atqui ego sum in te stomachosior. Atqui non nihil est, uel habeo, quod tibi succenseam.

QVA CAUSA, FOR.

AVG. Quid nā est istud obsecro? Quid ita? Quam ob rem tandem oro? Quid admisi sceleris? Quid commerui?

¶ Demereor bona, aut laudem: commereor mala aut crucem dicitur. illud in bonam, hoc in malam partem sumitur.

QVIA NON CVRAS ME.

CHR. Quod nulla mei tibi cura sit. Quod nihil nos respicis. Quod tam raro nos reuifas. Quod nihil nos cures. Quod me plane negligas. Quod nostri curam uideris abiecisse.

AVG. At nihil est causæ, cur succenseas. At præter meritum meum. At immerito succenses. Neq; enim mea culpa accidit, quod te ra-

rius ui-

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 27

rius uisam. Dabis ueniam occupationibus meis, per quas mihi non licet toties, quoties cupio, te reuifere.

CHR. Ita demum tibi ignoscam, si hodie apud cœnes. Ea conditione purgatus mihi eris, si uespero ad cœnam uenias.

AVG. Haud iniquas pacis leges præscribis Christiane, quare haud inuitus faciam. Equidem faciam uolens. Istud quidem fecero per libenter. Nihil hac re fecero libentius. Animo faciam lubenti.

CHR. Laudo tuam facilitatem, & in hac re & in cæteris omnibus.

AVG. Sic soleo amicis obsequi, præsertim non iniqua petentibus. Ridiculum, an tu me recusaturum putabas oblatum, quod ultro etiam erat rogandum?

NE FALLAS ME.

CHR. Age, at caue ne me deluseris. Caue me fallas. Caue spem frustra foueam. Caue opinionem luseris.

AVG. In cæteris nihil iuro. In cæteris time, hac in re non fallā. Sed heus tu, caue quicquid paraueris

paraueris præter cotidiana. mea causa dies festos nolo. Scis me conuiuam minime edacem, bibacem multo minus. Nosti enim me conuiuam nõ multi cibi, sed ioci plurimi.

CHR. Curabitur diligenter. Ego te Pythagorica cœna excipiã, aut fortasse frugaliore.

AVG. imò Diogenica, si me delectare uoles.

CHR. Placet, fiat ut mones. Tu uide omnes curas tuas, ac rugas etiam istas domi relinquant. Huc præter nugas & risum, nihil adferas. Et ut inquit Iuuenalis, Protinus ante meum quicquid dolet exue limen.

AVG. Quid? literas mecum uenire nõ uis? Musas meas mecum adducam, nisi quid aliter censes.

CHR. Tetricas Musas unã cum negocijs domi claudas. Blandas Camœnas omnes, deinde sales tuos, diçteria, scommata, facetias, lepóres, ridicula omnia tecum adducito.

AVG. Ita fiet, Exporrigemus frontem, Epicurum uiuemus. Curabimus cutem. Indulgebimus genio. Genialiter cœnabimus. Epicureos agemus.

Bonum

¶ Bonum uultum faciemus; aut uultum ex hilarabimus: latine quidem, sed minus significanter dicitur.

CHR. Quò nunc properas?

AVG. Ad generum meum.

CHR. Quid illuc, quid eò, quid illò?

AVG. Audio, nescio quid turbæ inter eos natum, ut redigam eos in gratiam. concordiã, pacem inter eos componam.

CHR. Benigne facis, quãquã nihil te opus esse arbitror. Nam ipsi inter se melius hoc bellum composuerint.

AVG. Fortasse & induciã indictã sunt. Nò cõtu de pacis legibus agetur. Sed nunquid aliud me uis?

CHR. Vocabo te per puerum meum.

AVG. Vbi uoles, domi ero. Bene uale, bene sit tibi.

CHR. Fac hic ad quintam horam ad sis. Heus Petre, accerse ad cœnam Augustinum, qui mihi hodie, ut scis, cœnam condixit.

PVER PETRVS. Eo. Salue poëta. Cœna iã dudum

dudum parata est: te herus expectat domi
ubi uoles, accedas.

AVG. Venio. Salue mi Christiane.

CHR. Bene factum quod uenisti. Gaudeo
te aduenisse: gratulor aduentui tuo. Nondū
quintam sonuit, credo.

PVER. Imò iam dudū præterita est. Haud
longe à sexta abest. Instat hora sexta. Circi-
ter est sextam.

AVG. Parui refert, an post quintā uenerim
necne, modo ne post cenam. Nam post fe-
stum uenire, miserū est. At quorsum tot ap-
paratus? Quorsum tot epulæ? Num me lu-
pum existimas? Num tibi lupus uideor?
Num me uulturem putas? Haud ita conue-
neras. Longe aliter pollicitus es.

CHR. Age inepte, nec ipse ita cōueneras. Cō-
ueneras enim, ne quid præter nugas, huc in-
ferres. Quin hæc missa faciamus. Lauemus
ac discumbamus. Heus tu ganeo, ministra a-
quam: quid cessas? Laua Augustine.

AVG. Laua prior.

CHR. Hoc āno ppetuo illot⁹ cœnare mallē.

AVG.

ORVN FORMVLAE PER ERAS. 34

AVG. Ridiculum. non honorationi, sed tur-
piori ante alios lauandum est: laua igitur ut
immundior.

CHR. Tu es urbanus plus satis. Es urbanior
quàm sat sit. quàm par sit. Quorsum attinet
ista urbanitas? Interim cœna corrumpitur.

AVG. Viuamus nunc, ac cutem laute cure-
mus. Simus nunc Epicurei. Nihil nobis cū
fronte Stoica. Valeant curæ.

CHR. Quinam sunt isti Stoici atq; Epicurei
Augustine?

AVG. Stoici philosophorum quoddam ge-
nus est triste, seuerum, ieiunum: qui hominis
summum bonum honesto, nescio quo, me-
tiuntur. Epicurei his longe diuersi felicitatem
hominis uoluptate terminant.

Stoici
Epicurei
qui.

CHR. Tu igitur cuius es tandem, Stoicus an
Epicureus?

AVG. Stoicos laudo, at Epicurum uiuo.

CHR. Heus Dromo ades huc. Tuo munere
fungere: consecra cœnam.

PVER. Benedicite. HOSPITES. Dominus, Consecra-
tio cœnae.

PVER. Omne qd' appositū est, & apponet.
per uer

per uerbum dei sanctificetur, In nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen.

CHR. Appone epulas. Quid cūctamur hūc capum decerpere? quid trepidamus hunc gallum lacerare?

AVG. Ego Herculem præstabo, ac belluam hanc conficiam. Vtrum mauis, de ala, an de poplitibus?

CHR. Vtrum uis: nihil mea refert.

AVG. In hoc genere, alis primæ partes tribuuntur: in cæteris, poplites lautiores putat uulgus.

CHR. Tu multum laboris mea causa capis. Tu permultum laborem mea causa sumis.

¶ Pro me, aut propter me, multum laboris capis: rusticior est oratio. Quid si ego uicissim tibi de his clunibus ministrem?

AVG. Non amo.

CHR. At nihil lautius.

AVG. Tu igitur tuos clunes istis clunibus pasc. Tibi igitur istas delicias habe.

CHR. Tu omnibus ministras, ipse nihil māducas. Ego tibi hanc alam ministrabo: at ea lege,

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 33

lege, ut dimidium mihi restituas.

AVG. Itane agitur? At istud est tibi ministrare, non mihi. Tibi serua. Ego enim sum impudentior, quæ cui ministrari quæquam debeat.

CHR. Probe facis.

AVG. Eho, tu lupo cibum ministras. Vultu rem inuitas.

CHR. At pitissas, non cœnas.

AVG. Imò me uno nihil edacius.

CHR. Imò mendacius nihil. Perinde agito, ac si domi sis tuæ.

AVG. Istud iam planè mihi persuasi, istud iam in animum induxi, sic stat sententia. Còsiliu mihi est, istud facere. ¶ Hoc iam proposui facere: uulgi sermo est.

CHR. Quid tibi hoc uinum placet? Qui te hoc uilli delectat?

AVG. Mihi quidem perplacet. Me certe uehementer iuuat. Me satis delectat. Me non mediocriter iuuat.

CHR. Vtrum mauius, rubrum an candidum?

NON REFERT QVO SIT COLORE.

AVG. Equidem utroq; iuxta delector. Ni
c hil re

hil refert quo sit colore, modo sapor placeat. Non laboro quantum oculis placeat uinū, modo palatum iuuet. Nihil me mouet aspectus, si sapor placeat. Parui refert quo sit colore, quem habeat colorē, si sapiat bene. Nō conor oculos pascere, si palato satisfacere queat, modo palatum iuuare possit.

CHR. Credo: tamen iudicium tuum audire cupio, hominis in his rebus peritissimi.

*Iudiciū
de uino
rubro &
albo.*

AVG. Album nostrates rubro præferunt quod album paulo sit acerbius, & alterum exilius quidē, sed illud mitius, & (ut arbitror) salubrius.

CHR. Heus puer ubi cessas? Nos hic planē negligis: non uides quanta sit hic siccitas? Quid si hoc rerum statu incendium contingeret, quo restingueremus? Dato singulis plenos cyathos. Augustine qd habes, quod parum es hilaris? Quid accidit tibi, quod sedes tristior? Quid tibi est, quod minime gaudes? Aut doles, aut carmina condis.

Paroemia.

AVG. Tu nunc Chrysippum agis. Melissa tibi opus est.

Chr.

CHR. Quam hic mihi fabulam narrat?

AVG. Scio me surdo a fello narrare fabulã.

Nihil enim intelligis: quod studio, ex industria, de industria interdum facio, ne tibi placere incipias. Sed quod tristior tibi uideor, nihil est. Omnia recte, benignitate diuina, atque opera tua. Sed cur natura paulo taciturnior sim, non est opus expresse: Scis, opinor, quid sibi uelit.

CHR. Memini. Recte admones, liberalius bibendum.

REM ATTIGISTI.

AVG. Rem acu tetigisti. Recte iudicas. Scopum attigisti. Nam fecundi calices quem non fecere disertum?

CHR. Perdocte tu quidem Augustine, ut omnia. Sed quoniam in sermonem uinari-um, in mentionem incidimus uinorum, libet interrogare: quonam cõsilio ueteres illi Bacchum, quem uini autorem uideri uolebant, poetarum deum dixerint?

AVG. Quæstio (ita me Bacchus amet) poculis digna. uerum quorsum tuæ quæstiones
c 2 spectent.

spectent, satis intelligo.

CHR. Quorsum amabo?

AVG. Hoc silentium iam tibi cōstabit. Astute de uino disputationem iniicis Gallica asturtia, quā didicisse Parisijs te suspicor. Quam (uide) conficiamus. Abi, uirum te iudico: nō frustra in tanta schola uersatus es.

CHR. Accipio tua dicta: referam paria scommata, ubi erit cōmodum: Sed ad rem.

AVG. Dissoluam ubi bibero. Si quidem absurdum fuerit, siccō palato de quæstione uinosa disputare. Præbibo tibi Christiane. Propino tibi hunc cyphum dimidiatum.

CHR. Accipio à te libenter. Sit saluti. Profit.

AVG. Iā accingor, ut me missum facias. Ego meo more præpostere faciam. Quod Baccho puericiæ effigiē tribuerint, id habet mysterij: quod uinū potū, curas & sollicitudines animis nostris eximit, hilaritatēq; quādam inducit. Quare senibus quoq; ipsis iuuentā quādam reddere uidetur, dum & hilariores facit & formosiores. Id quod Horatius cum multis in locis, tum præcipue his uersibus,

aperte

Bacchus
puerile
figie.

aperte testatur.

Ad mare cū ueni, generosum & lene reqro,
 Quod curas abigat, qđ cū spe diuite m̄net.
 In uenas animūq; meū qđ uerba ministret.

Quod me Lucanæ iuuenē cōmēdet amica. Poetæ
Baccho
sacri.
 Nam quod huic Poetas dicarunt deo, id si-
 gnificatum uoluisse suspicor: quod uinum &
 ingenium excitat, & facundiam ministrat,
 quæ duo poetæ sunt aptissima. Habes quod
 quærebas.

CHR. Nihil unq; audiui uerisimilius dici ab
 homine poetæ. dignus es, qui bibas: gemina
 haustum. Heus puer, tolle hanc patinam,
 atq; appone cætera.

AVG. Puerū habes admodum inurbanū.

CHR. Est ueterator nequissimus.

AVG. Cur non instituis alio pacto?

CHR. Difficile est canem uetulū loris assue-
 scere. Difficillimū est ueteratores mutare mo-
 res. Colla canum ueterum nequeunt attingere lora.

Si quis ueterator sit, ut supra dicitur, c. 3. Sico

58 FAMILIARIVM COLLOQVI
SI COGNOSCEREM QVID TE
OBLECTET, TIBI SERVI
REM FORMVLAE.

AVG. Decerpere mihi quippiam, si palatū
tuum tenerem. Ministrarem tibi, si gula tua
mihi satis cognita esset. Apponerem tibi, si
quid potissimū iuuaret, scirem. Equidem cā-
tundem palato saepe quantū animo sapio,
CHR. Palatum habes eruditissimum. Nihil
tuo palato doctius: eo te quoq; miseriorem
puto. De cuius singulari peritia testatur Sa-
tyricus.

Inue. Ostrea callebant primo deprendere morsu
Et semel aspecti dicebant littus echini.

AVG. Et tu mihi Christiane, ut par pari re-
feram, ipsum audiuisse Epicurū, aut in scho-
la Catiāna institutus uideris. Quid enim
tua gula aut sapientius, aut fastidiosius?

CHR. Si Oratoriam aequae artem, ut Culina-
riam callerem: non Cicero ipse me uinceret.
Equidem si alterutra carendum esset, Culi-
nariam quā Rhetoricam malle.

AVG. Nō stolide eam partem selegisti: gra-
uiter,

uiter, acute, uerèq; iudicas. Quid enim Ora- Eloquen-
tia Ora-
toris.
torū cōfert loquacitas: nisi quod aures ocio-
sas inani uoluptate demulcet. Culinaria tū Culina-
ria.
palatum, tum uentrem, tum totum hominē,
quantus est, pascit ac reficit. Quid igitur file-
am: concedat laurea linguæ, inquit Cicero: Cicero.
at utraque concedat Culinæ. Nunquàm mi-
hi Stoici illi magnopere placuerūt, qui omnia Stoici.
ad suū, nescio quod, honestum referentes, cu-
tis ac palati nullam rationem habendam pu-
tant. Dicit non potest, quāto Diogene sapiē-
tior Aristippus mihi fuisse uidet. Ego Stoi-
cos cū suis ieiunijs contemno. Epicurum ma-
gis laudo ac probo, quā Diogenē illū Cy- Diogē-
nes.
nicum: qui oleribus incoctis, ac simplici aqua
uictitabat. Quare nihil miror, si Alexander Alexan-
Magnus.
rex fortunatissimus, se Alexandrum, quā
Diogenem esse maluit. Nec quidem ego ho-
muncio cum Diogene meam philosophiā
cōmutarem: fortassis & Catius tuus facere re-
cusaret. Melius nostri tēporis Theologi sen-
tiunt: qui contenti Stoicorum more disputa-
re, uiuendo ipsum etiam Epicurum uincunt.

PHILO At ego quidem rem in primis prædarā philo-
SO/ losophiam puto. nimium philosophari non
PHIA. laudo. Est enim res perquam ieiuna, sterilis,
atq; tristis. Vbi in calamitatem aut aegritudi-
nem incidi, tum demum ad philosophiam,
tanquam medicam cōfugio. Vbi conualeo,
rursum illi ualere facio.

CHR. Tuā rationē probo. Te laudo. Quid
tandem habes ERASME, quod parum sis
hilaris? An mihi succenses, quod te frugali-
re cœna exceperim?

ERASMVS. Imò iam tibi sum iratus, quod
tantum impendij mea causa sit factum. In-
terminatus erat Augustinus, ne sua causa
dies festos faceres: uis nos posthac redire nū-
quam. Nam talem cœnā dare solent ij, qui
unam duntaxat dare constituissent. Quos
tandem conuiuas uideris accepisse? Nō ami-
culis, sed satrapis cœnam parasse uideris. An
nos uultures credis?

CHR. Etiā tu pergis esse Demea. Cras ut lu-
bet disputa: hodie Mitionē te prebeas, oro.
De impendio cras sobrie disputabimus: nūc
nil nisi

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 41

nil nisi meras nugas audire libet.

AVG. Christiane, utrū de bubulis an de ouillis carnibus mauiſ?

CHR. Bubulis quidē magis delector, at ouillas magis salutare arbitror. Ita ingeniū est hominum, ut pernicioſiſſima quæquæ appetant uehementiſſime.

AVG. Galli ſuillas carnes mirum in modū ^{Galli:} ^{Indei.} amant.

CHR. Galli amant, quæ paruo constant.

AVG. In hoc uno Iudæus ſum. Nam nihil æque odi, atq; carnes ſuillas.

CHR. Nec iniuria. Quid enim inſalubrius? Ego in hoc, non cum Gallis, ſed cum Iudæis ſentio.

ERAS. At ego ouillas pariter amo & ſuillas, ſed diuerſa ratione. Nā ouillis, quod amem, libenter ueſcor. Suillas præ amore non tango, ne quid offendam.

CHR. Bellus homo eſ ERASME ac feſtiuus. Equidem mirari mecū ſæpe ſoleo, unde tanta in palatis humanis diuerſitas. Nam ut Horatiano carmine utar,

Tres mihi cōiuiæ propè dissentire uidentur.

Poscentes uario multum diuersa palato.

Quanquàm, ut ait Comicus, quot homines
tot sententiæ, & suus cuiq; mos, tamen ne-
mo me adduxerit, ut credam plus ingenio
inesse uarietatis, quàm palato.

ERASMVS. Ita uix duos reperias, quos ea-
dem iuuent. Per multos uidi, qui butyri ac ca-
sei ne olfactum quidem ferrēt. Sunt, quibus
carnes nausæ sint. Alius elixis, alius assis ab-
stinet. Multi aquam uino præferūt. Et quod
incredibile est, uidi hominem, qui nec pane,
nec uino uteretur.

AVG. Et quibus tandē miser ille uictitabat?
Quibus uestebatur?

ERASMVS. Caterorum nihil fastidiebat,
nō carnes, nō pisces, non olera, non poma.

AVG. Vis ut istud tibi credam?

ERASMVS. Si lubet.

AVG. Credo: at ea lege, ut uicissim mihi mē-
tienti fidem sis habiturus.

ERAS. Age faciam, modo uerecunde men-
tiaris.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 41

AUG. Quasi uero sit quicquam tuo cōmen-
to impudentius.

ERAS. Quēdam in Italia, cum illic agerem,
uidere memini, qui nullo neq; cibo, neq; po-
tu adiutus, solo somno saginabatur.

AUG. Ut nihil pudet. Non possum illud Sa-
tyricum non dicere:

Tunc immensa caui spirāt mendacia folles.
Tu poetaris. Tu nunc poetam agis. Nam
mentiris dicere, mihi religio est. Mentiris di-
cere, religione prohibemur.

ERAS. Mentiar, si non Plinius autor certissi-
mus scripsit, ursum quatuordecim dies solo
somno mirū in modum saginari: quo tamē
ita alte premitur, ut ne uulneribus quidem
queat excitari. Imò quo magis mireris, ad-
dam quod Theophrastus scribit: per id tem-
pus urforum carnes coctas quoq; si asseruē-
tur, reuiuiscere. Vereor ne Parmeno ille Te-
rentianus ista non contineat.

CHR. Mihi facile fidē facis. Ministrarē tibi
de ceruinis carnibus, si satis essem urbanus.

ERAS. Vnde tibi nunc uenatio?

Chr.

Plinius

Vrsus.

Theophrastus.

44 FAMILIARIVM COLLOQVI

CHR. Midas hominum omnium qui uicium liberalissimus, nostricq; amantissimus, mihi misit. Idem suo more nudius tertius hunc ceruum uenatus est. Quid tu, qui soleas istius studij, esse amantissimus?

ERAS. Equidem hoc studio planè relicto, iam præter literas nihil uenor.

Admi/
ratio &
improbi/
tas labo/
ris.

AVG. At mihi uidentur quouis ceruo fugaciores. Duobus tamen potissimum canibus assequimur, admiratione scilicet, atq; improbitate laboris. Nam & admirari plurimum discendi ardorem ministrat: & ut facundissimus poeta scripsit, Labor improbus omnia uincit.

ERAS. Amanter admones Augustine, ut soles: propterea non desistam, non quiescam, non defatigabor, donec consequar.

CHR. Carnes ceruinæ sunt nunc admodum tēpestiuæ. Meminit Plinius de hoc animante quiddam admirabile.

AVG. Quidnam obsecro?

CHR. Quoties arrexere aures, acerrimi esse auditus: at contra quando remisere, surdos.

Aug.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 45

AVG. Istud ipsum per saepe numero euenit,
Nam si quando mihi fiat sermo de dandis
mihi aureis, nihil tam auritum. Hic enim cū
Pamphilo illo Terentiano, aures arrigo: ubi
de recipiendis à me, uerbum fit, illic remitto.

CHR. Laudo te. Facis ut te decet.

AVG. Vis de his leporinis clunibus?

CHR. Seruāt tibi.

AVG. An de tergo mauis? Hoc animal præ
ter terga & posteriora, nihil habet appeten
dum.

CHR. Vidisti ne unq̄ leporem candidum?

AVG. Sæpe numero, & sæpius numero. Pli
nius in alpibus candidos reperiri scribit, qui
bus hybernis mensibus niuē pro cibatu esse
sit creditum: An uerum sit, Plinius ipse uide
rit. Quod si leporis cutem candidam reddit
nix, stomachū habeat cādīdum, necesse est.

CHR. Mihi uerisimile non fit.

AVG. Accipe magis admirandum, at fortal
se tibi non inauditum. Idem utrāq̄ uim sin
gulis inesse testatur, maris & foeminae: ac foe
mellas sine mare æque gignere. Istud ipsum
multi as

seuerant, praesertim uenandi studiosi.

CHR. Si nil inest nugamenti, uerū arbitror.

Si est ut dicis, nihil uerius. Esto ita ut dicis.

Sed hos cuniculos, si placet, tentemus: quia

pinguiusculi sunt ac tenelli. Ministrarem illi

nymphæ, si propius assiderem. Augustine

istius tibi uicinæ curā age, si libet: calles enim

quo gestu sit ministrandū istis Veneribus.

AVG. Teneo quid dicas nasute. Quid te an

ferinæ carnes delectāt ne? Me quidē nō me

diocriter iuuant, ut sum minime fastidiosus.

At hic miser nescio quo pacto nihil me iu

uat. Nihil enim in uita uidi siccius. Siccius

est pumice, aut etiam nouerca Furij illius, in

quē Catullus multum iocatur. Ligneus mihi

uidetur. Et mehercule, quantum suspicor, ue

teranus miles immodicis excubijs sese mace

rauit. Aiunt enim anserem inter omnia ani

malia longe esse uigilantissimum. Et profe

cto, nisi coniectura fallor, hunc anserem ex

eorum numero fuisse suspicor, qui canibus

unā cum excubitoribus somno sopitis, Ro

manum olim Capitolium defenderunt.

Anser.

Chr.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 47

CHR. Verisimile (ita me deus amet) dicis:
nam ex eo seculo relictum arbitror.

AVG. Hæc quoq; gallina aut parcum fagi- *Gallina:*
natorem habuit, aut amauit, aut certe zelo-
typa uixit: quo quidem morbo hoc animan-
tis genus maxime laborat. Hic capus longe *Capus:*
melius pinguit. Vide curæ qd faciant. Quod
si ex Theodorico nostro Gallo faceremus ca-
pum, multo citius pinguesceret.

THEODORICVS. Non sum gallus.

AVG. Fateor non es Gallus Cybeles, neque *Aenigma*
gallus gallinaceus, at forte gallus gallaceus. *de Gallo.*

THEOD. Quid hoc uerbi est?

AVG. Hoc ænigma tibi coniectandum re- *Adagiũ:*
linquo. Ego Sphingem præbui, tu Oedi-
pus esto: uel ex coniectura solue.

CHR. Dic mihi bona fide Augustine, nullã
ne tibi cū Gallis unquam necessitudo fuit?

Nihil ne affinitatis tibi cum Gallis contraxi-
sti? Nullum fuit commercium?

AVG. Nihil, nihil sanè.

CHR. Tãto es neqor. Libet ne de iecore anse-
rino? qd apud ueteres in delicijs in primis
habebatur.

Aug.

AVG. Liberalis es: benignus es. Christiane.
 CHR. Has perdoes nemo attingit, nec colu-
 bos quidem. Cras est dies ieiunij ab ecclesia
 indictus: aduersus hanc esuriem munite uos.
 Agite hospites humanissimi, quaeso ut cœ-
 nulam nostram licet tenuem, æqui bonicq;
 consulatis. Prebete uos hilares ac lubentes:
 quanquam conuiuium tenue sit & frugale,
 ego uestra facilitate fretus, familiariter uos
 uocare sum ausus. Et est sanè uester mihi ad-
 nentus conspectusq; non modo gratissi-
 mus, uerū etiam iucundissimus.

AVG. Cœna tua Christiane optime, multis
 modis sapida, lautaq; nobis uidetur. quod
 excusas, id unū habetur excusandum, quod
 magnificentior sit, quam sat est. Nam hoc
 cōuiuium opiparum in primis ac lautum iu-
 dicarim, quod primum simplicibus epulis,
 deinde liberalitate, risu, iocis, salibus sit condi-
 tum: quæ omnia nostro conuiuio nō defue-
 runt. Verum conuiuantium de numero, hic
 mihi quiddam in mentem uenit: quo neq;
 pauciores tribus, neque plures nouem esse
 oportere

Сопица
 гит пн/
 метис.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 49

oportere, scripsit Varro. Tres enim sunt Charites, id est Gratia, beneuolentiarum dea: & non uem sunt Musae. At hic decem conuiuas esse uideo, uirginibus exceptis. Nihil conuenientius accidere potuit. Nos sumus Varrone ipso paulo sapientiores. Nam tres puellas lepidissimas tanquam tres Charites adhibuimus. Deinde quia a noue Musarum choro Apollo abesse nunquam credendus est, iure decimum adiecimus conuiuiam.

CHR. Poëtice dixisti. Si mihi laurus adesset, laurea corona caput tuum cingerem.

AVG. Laudo te, probo te. Non improbandus es.

CHR. Vultisne hospites singuli tantundem mea causa facere, quantum uestra sum facturus?

HOSPITES. Volumus, ac libentes quidem.

CHR. Ebibetis igitur ordine, suum quisque calicem, a me exemplum capietis. Tibi hoc primum propino Mida.

MIDAS. Accipio a te libenter. Pro quo uulgus praestolor dicit. Equidem non recuso. Nihil tua causa recusabo.

CHR. Tu deinceps caeteris propina.

¶

d MIDAS.

MIDAS. ERASME præbibo tibi dimidia-
tum cyphum.

ERAS. Præcor ut sit tibi saluti. Sit tibi bonū
atq; commodū. Prosit tibi. ¶ Proficiat in e-
pte dicitur.

PVER. Prosit. Dñe ERASME quidā pro fo-
ribus te cōuenire expetit. CHR. Quis nā est?
PVER. Mori famulū se dicit, herum eius, ex
Britēunia aduenisse, cupere ut se uisat ERA-
SMVS, quandoquidem prima luce iter parat
in Germaniam.

ERAS. Christiane fac calculū. abire cōuenit.

CHR. Symbolū ERASME doctissimæ hu-
ius cœnæ dedi. Non est quod quicq; depo-
nas: gratiam habeo, qui dignatus sis nostro
adesse conuiuio.

ERAS. Ego pariter tibi gratias ago, qd' pro
tua humanitate ad id conuiuij longe suauis-
simi me uocaris. Valetate consodales optimi.

CHR. Heus Dromo? Sedetis iā dudū ocio-
si omnes. Libet ne cuiquā qcquā amplius?

HOSPITES. Nihil omnino. Strenue mu-
nus nostrum administrauimus.

CHR.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 51

CHR. Tolle igitur, ac bellaria appone. Mu-
ta quadrulas atq; orbes. Tolle cultrum me-
um qui humi decidit. Pira uino perfunde.

Adfūt mora p̄coqua etiā domi nostræ nata.
HOSP. Tāto erūt suauiora quod uernacula.

AVG. En pruna cerea, en damascena, rarū
apud nos spectaculū. En mitia mala. En Mi-
da nouum genus, cuius matrē ego hīscē ma-
nibus conserui. Nuces, castaneæ, omne delici-
arum, quas horti nostri benigne effundunt,
genus. Sed flosculi desunt.

MIDAS. Isti Gallici sūt apparatus, q magni
ficentiā eam potissimū amant, quæ minimo
cōstet. Nobis nō est ea mēs, aut igeniū. Sed
heus tu Augustine, nū tu credis te hic immu-
nē bibisse? Ego te meis immunē reddā pocu-
lis. at Christiano dimidium cyphi debes.

AVG. Christianus iam dudum me missum
facit. Obsecro te, relinque hanc ingluuiem.

CHR. Ita fiet. Sed quorsum iste euasurus est
hodie? Symbolū reddas oportet, un⁹ nomi-
ne omnium. Ne uerere, per facile poteris. Fac
quod saepe fecisti, ut aliqua elegātia, doctio-

Gallic

apparatus

52 FAMILIARIVM COLLOQVI
res à cœna surgamus, Neq; enim clam te est
ueteres illos in secūdis mensis hilariora. qua
dā disputare solitos. Age igit. Quib⁹ modis
hæc oratio pōt enunciarī, Indignū auditū.

INDIGNVM AVDITV, FOR.

AVG. Dixi pulchre per posterius supinū.
Auditu minime est dignū. Indignū est audi
ri. Haud dignum est quod audiat. Est ut au
diatur indignum. Leuius est, q̄ quod audiat
debeat. Vix operæ precīū est scribere. Nō tā
ti est ut audiat. Ineptius est, quā quod au
diatur. Non est operæ precium narrare.

CHR. Quot modis hæc sententia uerti po
test? Il ma beaucoup de labeur, de temps,
ou de pecunne couste.

Das hat mich uiler arbeit, zyt, oder gelt ge
standen.

VARIANDIRATIO HANC ORATIO
NEM, MVLTO MIHI CONSTAT.

AVG. His uerbis. impendo, infumo, impet
tio, constat. Vt, multum in te docēdo infum
psi laboris. Plurimum in ea re operæ infum
psi. Nō minus pecuniæ q̄ curæ in eam rem
impendi.

impendi. Non parū insumpsi pecuniæ, tēpo-
ris permultū, laboris plurimū, ingenij nonni-
hil. Multū lucubrationis impendi. Multis ui-
gilijs hæc res mihi cōstat, multo sudore, mul-
ta opera, plurimo labore, sumptu ingēti, pe-
cunia magna. Pluris mihi constat q̄p̄ credis.
Minoris mihi constat uxor q̄p̄ equus meus.

CHR. At quid sibi uult Augustine, quod
uerbo isti, constat, modo ablatiuum, modo
genitiuum apponis?

AVG. Quæstionem planè perutilem, ac late
patentē mouisti. uerū ne cōuiuas loquacita-
te mea premam, paucissimis absoluam. Sed
cupio singulorum hac de re audire sententiā,
ne cuiq̄p̄ (ut dixi) sim molestus.

CHR. Quid ni cupiant uel puellæ idem.

AVG. Scisne quædam uerba emendi & uen-
dendi, eiusmodi significationis, quibus ap-
ponantur hi genitiui soli: Tanti, quanti, plu-
ris, minoris? At ita, si substantiuus nō appo-
nantur: quæ si accidant, utraq; in ablatiuum
casum uertuntur. Quod si precium appona-
tur, ponet in ablatiuo. Si per adiectiuū, sub-

d 3 stantiuum

stantium in ablatiuo pones. nisi per aduer-
bium loqui malle.

CHR. Quæ nã uerba sunt, de quibus præcipis?

EMENDI, AESTIMANDI QVE VERBA.

Emo. Redimo. AV G. Hæc ferè sunt: Emo, mercor. redimo
Vendo. aut captũ aut perditũ. uendo, uenũdo: reue-
Reuendo. do, rursus uendo, qd' mihi uenditũ erat: uæ
Væneo. neo. i. uẽdor, in præterito uæniui uel uænĩ, in
supino uænũ. Hinc uænalis. ab illo. i. uendo,

Mereo. uendibilis manat. Mereo pro inseruio & sti-
Cõaro. pẽdiũ facio. Cõparo, id est emo uel cõmitto.

Cõmuto. Cõmuto, muto, permuto, changer: vuechslẽ.
¶ Cambire penit' barbarũ in hoc sensu. Ac

Aestimo. stimo, taxo, indico, censeo, achten schetzen,
Liceor. prifer. Liceor, eris, licitor, aris, dingen, mar-
chander ou offrir. Addico zuofagen, addi-

Addico. er Distrahor, id est circũferor ut uæneam.

Distrabor. Metior, pro aestimo, aut taxo, achten, prifer.
Cõduco. Constat, pro emitur. Conducere, beston.

Loco. Locare, vñ lyhen, verdingen, louer ou astal-
Fœnero. ler. Fœnero ad fœnus do. Fœneror ad fœnus

Fœneror. accipio. Paciscor, pactus sum. Pango pepigi,
Paciscor. pactum facio. CHRI. Da exemplum.

Vendendi

VENDENDI ET EMENDI FOR.

AV. Quāti istū agrū in singulos ānos locas? Respōdebimus: uigenis francis. Hui, nimio locas, Imò locaui olim multo pluris. At ego tanti nō cōducā. Si cōduxeris minoris, pereā. imò iā uicinus tu⁹ Chremes agrū obtulit, ac rogat. Quāti? Tātīdē cēptū tu petis. At multo meliorē. Mentiris. Facio, ut solēt q licent. Tu ipse tanti posside. Quid liceris uel licitaris, cū nihil sis empturus? Quāticūq; addixeris, sol uam integerrime. CHRI. Alterū exemplū.

AV. Cōgrū istū Syra quāti uēdis? Decē obolis. Nimio turpissima. Imò minimo, nlla tibi uēdet minoris. Moriar si nō tātō mihi cōstet, aut certe nō mltō minoris. Mētiris uenefica, quoniā duplo uis uendere, aut triplo. Et centuplo si queam: at fatuos nō inuenio. Quid si liciter teipsam, quanti aestimas te? Ut lubet, quanti me liceris? Quanti aestimas te? dic quanti te taxas? Decem scutis. Hui, tanti? Eho, an tu minoris me aestimas? ego olim non semel pluris una nocte sum conducta. Credo: at nunc non paulo minoris aestimo.

quàm piscem. Abi in malam rem ganeo: tandem te aestimo, quãti tu me. Qui te duode nario emerit, nimio emerit. Aut pluris emar, aut non uendar. Si magno uenire cupis, larua tibi opus est: nam ruga ista non sinunt ut carius uendaris. Ei qui tanti me nolit, non sum uanalis. Ego ne culmo quidem te emerero. Constiti pluris.

CHR. Tertium exemplum.

AUG. Auctioni hodiernae interfui. Ain' tu? Licitatus sum uectigalia. Quanti tandem? Decem milibus. Hui, tanti? Ne mireris, erant qui multo pluris licerentur, pauci qui minoris. Cui tandem addicta sunt uectigalia? Chremeti uxoris tuae summo & maximo amico. Sed diuina, quãti sunt addicta. Decem. Imò quindecim, bone. Ego mihi hominẽ ipsum cum tota familiã dimidio addictum nolim. At ille uxorem tuam duplo empram cupit.

Aduertisti ne in his orationib⁹, ubicũq; ad sit substantiuum precij, id in ablatiuo ponis cæteris aut in genitiuo positis, aut in aduerbium mutatis? Comparatiuũ nuncq; audisti

sine

sine substantiuis: exceptis illis duobus, pluris & minoris. Verum ubi has ERASMI tui elegantias leges, rectius intelliges. Ille enim hūc modum explicuit luculentissime. Sunt & alia uerba his, de quibus sumus locuti, nō ad modum dissimilia. Sum, facio, habeo, duco, aestimo, pendo, quæ idem ferè significant: fit idem, achten, tenir. Iunguntur autem his ferè genitiuis: multi, parui, magni, pluris, plurimi, minoris, minimi, maioris, maximi, tanti, quāti, flocci, pili, nihili, nauci, & si qua sunt his similia.

CHR. Da exempla.

ÆESTIMANDI FORMVLAE.

AVG. Scis quanti te semper fecerim? Tanti fies apud homines, quanti uirtutem facies. Præceptores meos semper feci plurimi. Aurum hac tempestate magni penditur. Literæ nihili ducuntur. Aurum minoris habeo quæp̄ credas. Tuas minas floccifacio. Promissa tua duco minimi. Non pili te facio. Si tanti sapientia penderetur quāti pecunia, nemo auro egeret. Pluris apud nos fit aurū sine sapientia, quæp̄

d 5 sapientia

sapientia sine auro. Non pluris te habeo, quā
 doctus sis. Minoris hic fies, quod mentiri mi
 nime calleas. Hi multi fiunt, qui nigrū in can
 didū uertūt. Hoc mihi pluris es, quod literas
 meas amas & alias. Tanti apud omnes eris,
 quantū possidebis. Tanti ubiq; habebis,
 quantum habebis. Nō quanti habearis, sed
 quanti sis interest. Tanti Christianū meum
 facio quāti aliū neminē. Inueniuntur & alia
 uerba cum his genitiuis & ablatiuis, Petrus
 osculum puellæ scutato emit. Sit illi faustū.
 nolim ego basiare tanti. Quāti luditis? Quā
 ti cenastis? Quosdam sexcentis sestertijs cœ
 nasse legimus, at Galli sæpenumero Liardo
 cœnitāt. Faustus quāti docet? Paruo. At plu
 ris, quā denis. quanti igitur? Vnde uiginti au
 reis. Non discam mētiri tanti. Phædria apud
 Terentiū, & rem & seipsum perdidit, at no
 lim ego amare tanti. Aequi boniq; cōsulas
 oro, nim sūr guot: prenez en gre ou en bien
 ,nemet in gout. ¶ Est & aliud uerborum ge
 nus, quæ accusatiuum unā cum genitiuo aut
 ablatiuo, casū exigūt, quæ sūt: Accuso, id est,
 obijcio

obijcio crimē, aut culpo etiā absentē. Inculso, *Accuso.*
 inculpo extra iudiciū. Arguo, reprehēdo, aut *Inculso.*
 ostēdo culpam. Insimulo, impingo suspicio *Arguo.*
 nem culpæ. Postulo, in causam. Damno, cō- *Insimulo.*
 demno, pronuncio illum esse in culpa. *Postulo.*
Damno.

ACCUSANDI FORMVLAE.

Exēpli causa. Scipio accusatus est ambitus, ambitu, aut de ambitu. Arguis me impudētia, ipse impudentissimus. Lepidus postulat^{us} est repetundarū. Si hominē insimulabis avaritiæ, male audies. Admoneto eum pristinae fortunæ. Mortales ipso suo uocabulo suæ cōditionis admonent. ¶ Sūt pleraq; quæ accusatiuum geminum admittant. Doceo te literas. Exorat te ueniam. Dedocebo te istos mores. Poposcit me mutuum.

¶ Hic ei⁹ rei mihi admonēdus es: quod secū dū accusatiuū etiā passiuā obtinent, in alijs genitiuus manet. Docui te literas, à me doctus es literas. Postulant me furti, postulor furti. Accusas me sacrilegij, accusor sacrilegij.

Sciō

Scio te nōdum expletum. Scio animo tuo nondum esse satiffactum. Quādo enim tantus helluo satiari nequeas, ERASMI commentarios legito: qui si nequibunt explere te, nūquā expleberis. Sed conuiuiis parcendum est, quos hęc non omnes perinde delectant. Cœnate: inter deambulandū, id quod symbolo deerit, persoluemus: nisi qd aliud cēses. CHR. Agamus deo gratias immortalī, deinde paulisper deambulatori.

MIDAS. Pulchre dicis. Nihil enim hoc uespertino cœlo amœnīus, nihil salutarīus.

CHR. Petre ad esdum. Tolle suo quæq; ordine, ac uinum cyphis infunde. Qui nos creauit, redemit & pauit, bñdictus sit in aeternū, HOSPITES. Amen.

*Anthogrammatum in
penfa.*

CHR. Gratias agimus tibi omnipotens deus, qui pro tua largitate & gratia nos alios tuos famulos: miserere uiuorum, pacemq; dones ecclesie tuæ, ac requiem in tuo regno animabus fratrum nostrorum & patrum largiaris aeternam.

HOSPITES. Amen.

Chr.

ORVM FORMVLAE PER ERAS. 61

CHR. Habeo uobis hospites candidissimi gratiam, qui ad hoc conuiuolum uenire dignati estis. Oro, æqui bonicq; consulatis.

HOSPITES. Nos uicissim gratias referre uolumus, non etiam habere. Proinde oramus, ne longiores gratiarum actiones comemorare pergas. Quin surgamus & expatiemur.

AVG. Ducamus nobiscum uirgines: nam cominus molesta erit deambulatio.

CHR. Recte sentis. Vtrum mauis nostris in hortis more Poëtico reptare, an foris ad amnem expatiari?

AVG. Habent quidem horti tui amoenitatis permultum: uerum eam uoluptatem matutinis deambulationibus serua. At sole inclinato, annium aspectus oculos mirum in modum iuuant.

CHR. Antecede igitur Augustine, ut Poëta dignum est, ego latus tuum claudam.

AVG. Bone deus quantum comitū, quantum pompam nobiscum ducimus. Dici non potest Christiane quantum mihi placeā. Sa rapes mihi uideor.

CHR. Ante

62. FAMIL. COL. FORM. PER ERAS.
CHRI. Age, nunc promissum præsta. Solue
quod recepisti.

*Erasmii
beata fá-
cilitas.*

AVG. Quid me potissimum uis dicere?
CHRI. Ego quondam in ERASMI oratio-
ne, cum multa tum illud in primis solebam
admirari, quod tam facile, tam crebro, tam
uenuste orationem uerteret, quæ res nõ mo-
do singularis ingenij, uerum etiã multi usus
mihi uidetur.

*Vsus præ-
ceptis po-
tior.*

AVG. Haud iniuria istud in ERASMO ad-
miratus es Christiane. Ille enim tum hac in
re diuinam quandam uim obtinet: quam
quidem illi cum ingenij dexteritate quadã,
tum plurimo & dicendi & legendi & scriben-
di usu contigisse opinor, potius quàm ratio-
ne aliqua aut præceptione.

CHRI. At ego rationem aliquã istius rei, si
fieri potest, expectabo.

AVG. Ita ut dixi, res habet. Verum quia te
tantopere uideo uelle, quoad potero morẽ
geram, easque ratiunculæ, quas in ERASMI
oratiõibus mihi uisussum animaduertere, ut
potero, reddam. CHR. Age, percipio.

Breuis

6
BREVIS DE

COPIA PRAECEPTIO.

AVG. Accingor. Principio res ipsa puris, electis, ac latinis uerbis efferenda est: qd ipsum posse, non mediocris artificis est. Sunt enim pmulti, qui nescio quo modo copiam & uarietatem orationis affectant, quum nec semel quidem rem possint apte explicare. Isti tanq̄ semel balbutisse sit parum, balbutiem suam alijs atq; alijs modis reddunt balbiorem: tanq̄ ipsi secum certamen susceperint, ut q̄ barbarissime dici possit, dicant. Itaq; inepti synonyma quaedam congerunt, adeo interdum inter se dissidentia, ut ipsi mirentur, quo pacto couenerint. Quid enim absurdius, quam hominem pannolum, cui nec una quidem, quam sine pudore possit induere, sit uestis: eum tamen subinde suos panos mutare, ac mendicitate suam pro opibus ostendere? At nihilo minus ridiculi uidentur isti uarietatis affectatores, q̄ quum barbaramente semel dixerit, repetunt idem multo barbarius, demum iterum atq; iterum indoctius.

Inepti copiae affectatores.

Simile.

Prima
præ:
prio.

doctius. Hoc est nō oratiōe, sed barbarissimis abundare. In primis igit̄ (ut dixi) res ipsa
 2 aptis atq; electis uerbis est explicanda. Dein de mutatorijs ꝑ bis utendū: si quæ idē faciāt,
 3 reperiant̄. Reperiūtur enim ꝑ multa. Demū ubi ꝑpria deficient, translatiōis erit utendū:
 4 si modo uerecunda sit translatio. Ea quoq; ubi deerunt, si per actiua dixisti, ad passiua reuertendum erit, quæ nobis totidem oratio
 5 nes reddunt, quot ex actiuis cōstabant. Postea uerba, si licebit, aut in nomina uerbalia,
 6 aut in participia cōmutabimus. Postremo, ubi modo aduerbia in nomina, modo nomina in alias atq; alias parteis cōmutauerimꝑ, per contrariū dicemus: ut affirmatiuam orationē in negatiuam cōmutemus, aut retrorsum: aut certe quod pronuntiatiue dictū, per interrogationem efferamus. Nunc exempli causa, hanc sententiam sumamus.

LITERAE TVAE MAGNOPERE ME
 DELECTARVNT, LITERAE TVAE.
 Epistola, epistolium, scripta, schedæ, literæ.

MAGNOPERE.

Mirum in modum, miris modis, maiore in
 modum,

modum, supra modum, plurimum, non me-
diocriter, summopere, maximopere.

ME.

Animum meum, pectus meum, oculos me-
os, cor meum, ERASMVM.

DELECTARVNT.

Voluptate affecerūt, recreauerunt, exhilara-
runt, uoluptati fuerūt, oblectarūt, uoluptate
perfuderunt, mellitissimæ fuerunt, iucundissi-
mæ &c. Habes materiã: tuum erit compone-
re. Experiamur igitur, faciamus periculum.

CHR. Tuæ literæ magnopere me delecta-
runt. Tua epistola mirifice exhilarauit.

AVG. Verte actiuum in passiuum, alia erit
facies. Ut dici non possit, quàm tuis sum scri-
ptis exhilaratus.

¶ Item per alia uerba idem efficientia. Tu-
is ex literis incredibilem cepi uoluptatem.
Ex epistola paternitatis tuæ plurimum uolu-
ptatis accepi. Non mediocrẽ læticiã tua mihi
scripta attulerūt. Gaudio tua me scripta, quã
tus eram, perfuderūt. Hic nõ ita liceret mu-
tare in passiuã: nisi in illo postremo, perfusa
gaudio, qđ usitate dicit. Capiebat à me uo-
e luptas,

lupras, allatū est gaudiū, nō perinde usitate
dixeris.

PER AFFICIO.

Singulari uoluptate literæ tuæ me affecerūt.
Eximia q̄dā læticia tuæ me literæ affecerunt.

MUTA IN PASSIIVM.

Tuis scriptis incredibili sum affectus uolu-
ptate. Non parum gaudiorum tuum nobis
epistoliū peperit. Caue mutes in passiuū.

PER SVM, ET NOMINA ADIECTIVA.

Tuæ mihi literæ multis modis iucūdiſsimæ
fuerunt. Fuit tua illa eplā sanè q̄z gratissima.

PER NOMINA SVBſTANTIVA.

Ineffabili uoluptati tua nobis epistola fuit.
Incredibili iucunditati fuerunt tuæ literæ.

COMMUTA IN NEGATIONEM.

Tua scripta nō mediocri læticiæ fuere. Nihil
in uita tuis literis accidit iucundius. Quanq̄z
hac ratiōe aliquoties iam uſi ſumus: quæ nō
eſt negligēter prætereunda. Nā quoties mul-
tū, plurimū, ſingulare, ſignificare uolumus: p̄
contrariū uerbū idē efficiemus. Ut, uehemē-
ter te amat Henric⁹. haud uulgariter te amat.
Multū me iuuat uinū, haud parū iuuat. Eſt

uir ſur-

uir singulari ingenio. est uir ingenio non uulgaris. Est homo doctrina admiranda. est homo nō cōtemnenda doctrina. Thomas est summo apud suos loco natus: nō infimo loco natus. Augustinus eloquentissimus fuit. nō ineloquēs fuit. Carneades orator fuit nobilis. nō ignobilis, non obscurus. Et id genus similia, quæ nunc non usu ueniunt. Sed admonuisse rem clarissimam satis est.

Nec te lateat, bifariam nos huiusmodi orationum genere uti: modestiæ causa, præsertim si nobis ipsis loquamur. Tum etiam amplificandi gratia. Nam non ingratum, pro ualde grato: non uulgariter, pro singulariter, recte & uenuste dicimus.

MODESTIÆ CAUSA.

Ego literis meis nonnullam doctrinæ sum opinionem consequutus. Semper curauī, ut in literaria gloria non postremas partes tenerem.

De amplificatione superiora sunt exempla. nunc ad nostram reuertamur. Nihil tua epistola unquam euenit

gratius. Nulla res maiori unquam uoluptati fuit, quam tua scripta. Nulla unquam ex re tantundem cepi uoluptatis, quantum ex tuis literis amantissimis.

¶ Hoc modo singulae orationes superiores poterunt uariari per interrogationem.

Quid tuis literis in uita iucundius esse potuit?

Quid epistola illa tua nobis euenit dulcius?

Quid ita oblectauit unquam, ut proxima tuae literae?

Hoc modo rursus singulas fere orationes uariare licebit.

CHR. Quid deinde fiet?

AVG. Iam paulo liberius totam orationem uertemus: ut unam dictionem pluribus uerbis circumloquamur.

CHR. Exempli causa.

AVG. Quod modo per nomen incredibile, modo per aduerbium incredibiliter, dictum erit. unam dictionem aliquot uerbis commutabimur. Literis consequenter nequeam, quantum tuis literis sum delectatus. Et mihi scriptu, & tibi creditu perdifficile fuerit, quanta iucunditati tua mihi scripta

scripta fuerūt. Explicare prosum nequeo, q̄
sum tuis literis gauisus. Et item in infinitum.

¶ Rursum alio pacto. Nam haecenus & p̄
negationē, & per interrogationē, postremo
per infinitas orationes uariauimus. Nunc
per subiunctiuas siue conditionales uariabi
mus hoc modo.

Moriar, si unquam quicquam fuit tuis literis
aut optatius, aut dulcius.

Peream, si quæ res maiori uoluptati fuit, q̄
tuæ literæ. Ita me deus amet, ut nihil in uita
tuis literis accidit iucundius. Et item alia mul
ta in hunc modum excogitare licebit.

CHR. Quid deinde?

AVG. Nunc ad translationes, similitudines
& exempla fugiendum est.

TRANSLATIO EST IN HIS.

Accepi literas tuas, quæ mellitæ fuerunt. Nil
nisi delicia tua mihi scripta uident. Mera uo
luptas sūt tuæ literæ. Et huiusmodi plurima.
Sed cauendū, ne obsoletis aut duriorib⁹ trās
lationibus utamur. quale est illud: Iupiter hy
bernas cana niue dispuit alpes. Et q̄le illud:

Cœna tuorū scriptorū me suauissimis epulis
refecit. COMPARATIO A SIMILI.

Tua scripta omni uel ambrosia uel nectare
suauiora fuere. Literæ tuæ quouis melle mi-
hi fuere dulciores. Epistola hūanitatē tuæ &
siliquā oēm, & mel Atticū, & saccarū oēm, ne-
ctar, ambrosiāq; deorū lōge supauit. Hic qd
qd dulcedine nobilitatū est, in mediū addu-
ci pōt.

AB EXEMPLO.

Nūq; adducar, ut credā Herō Leandri sui li-
teras, aut maiore uoluptate, aut plurib⁹ oscu-
lis accepisse, q; tuas accepi. Vix crediderim,
aut Scipionē euerſa Chartagine, aut Paulū
Aemiliū capto Perſeo, magnificentiorē egis-
ſe triumphū, q; ego: simul ut suauissima tua
scripta tuus mihi tabellarius reddidit. Hu-
iusmodi ex fabulis, tum ex historijs infinita
possunt inueniri: è Physica uero sumūtur re-
rū similitudines, quarū quàm plurimarū na-
turas memoriter tenere necesse est. Nunc si li-
bet, in alia sententia tentemus.

NVNQVAM DVM uiuā tuī ero immemor.
Semp dū uiuā, tui meminero. Quoad uiuā,
nunquam me tui capiet obliuio. Prius uiue/
re

re desinam, quàm tui memiuisse.

¶ Per cōparatiōes. Si umbrā corpus poterit effugere, & hic anim⁹ tui q̄bit obliuisci. Tui memoriā, nec Lethæus quidē amnis poterit abolere. ¶ Præterea p̄ impossibile, aut more poëtico per cōtraria. Dū iuga mōtis aper, fluuios dū piscis amabit, An̄ leues ergo &c. quānō est multi negocij excogitare. Verū ne immodici uideamur, hoc modo cōtēti sim⁹.

Aliās si uoles, copiosi⁹ hac de re colloq̄mur. CHR. Ego te Augustine iā planè exhaustū putabā. Sed tu præter expectatiōnē nouum thesaurū indicasti: quē si habeas explicare, nox añ occupauerit, q̄ tibi eadē de re desint v̄ba. AVG. Si ergo hoc mediocri & doctrina & ingenio præsto, q̄tū Ciceronē ipsum ualuisse credis, q̄ cū Roscio histrione certasse legit⁹: Sed ad uesperas cit: lectus nos accersiri iudet. Prōinde uale mi Christiane suauissimè in crastinum.

CHR. Tu itidem bene ualeas Augustine omnium doctissime.

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM
ET PRAECEPTIVNCVLAE DE
COPIA, FINIS.

DES. ERASMI

ROT, DE RATIONE STVDII, AD
amicū quēdā, epistola parænetica.



VM te incredibili quodam lite-
rarum ardore flagrare minime
dubitarē, N. nō uulgaris amice,
hortatiōe nihil opus esse puta-
ui, sed eius quā ingressus esses, uix duce mo-
do, ac tāq; indice. Id mei officij esse iudicauī:
uidelicet ut tibi homini non modo multis
modis copulatissimo, uerū etiā iucūdis-
simo, uestigia qbus ipse à puero essem ingressus,
cōmostrarē. Quæ si tu pari cura accipies, atq;
ego dicturus sum, futurū cōfido, ut neq; me
monuisse, neq; te paruisse pœnituerit. Prima
igitur cura sit, ut præceptorē tibi eligas q̄ eru-
ditissimū. Neq; enim fieri potest, ut is recte
quēq; erudiat, qui sit ipse ineruditus: quē si-
mul atq; nactus eris, fac omnibus modis effi-
cias, ut ille patris in te, tu filij in illum uicissim
induas affectū. Ad quod quidē cū ipsa ho-
nesti ratio nos debet adhortari, quod nō mi-
nus debeamus ijs, à quibus recte uiuendi
rationem, quàm à quibus uiuendi initia
sumpsimus

Præcepto
ris dele-
tus.

sumptimus: tum mutua ista beneuolētia tā-
 tum ad discendū habet momēti, ut frustra li-
 terarū præceptorē sis habiturus, nisi habue-
 ris & amicū. Deinde ut te illi & attentū & af-
 siduū præbeas. Cōtētionē enim immodica, *Cōtētio*
 nōnunq̄ obruunt ingenia discēntium. Assi- *Assiduitas.*
 duitas uero & mediocritate sua perdurat, &
 quotidianis exercitationibus maiorem opi-
 nione aceruum accumulāt. Satiētatē cū omni- *Satiētas.*
 bus in rebus, tum in literis nihil perniciosius.
 Laxanda est igitur aliquoties illa studiorū
 contentio, intermiscēdi lusus, sed literales, sed
 literis digni, & ab his non nimis abhorrētes.
 Imō medijs ipsis studijs perpetua quædam
 uoluptas admiscenda est, ut ludū potius di-
 scendi, q̄ laborem existimemus. Nihil enim
 per diu fieri potest, quod nō agentem aliqua
 uoluptate remoret. Optima quæq; statim
 ac primū discere. Extremæ est demētix discere
 dediscēda. Quod in curādo stomacho solēt
 præcipere medici, idem tibi in ingenijs seruā-
 dū puta. Caue, aut noxiō, aut immodico ci-
 bo ingeniū obruas: utroq; enim iuxta offen-
 ditur.

74 DES. ERAS. ROT. DE RATIONE
ditur. Ebrardū, Catholicon, cæterosq; id ge-
nus, quos percensere neq; possum, neq; ope-
ræ precium est, ijs relinquito, quos barbariē im-
mensō labore discere iuuat. In initio nō q̄ mul-
ta, sed q̄ bona p̄cipias, refert. Sed iam ratio-
nē accipe, qua possis nō solū rectius, sed etiā
facilius discere, hoc enim in homine artifice
præstare solet artis ratio: ut tātundē operis,
quū rectius expeditiusq; tū leuius etiā effici-
at, diē tāq; in operas partire: id quod & à Plī-
nio Secūdo, & à Pio pōtifice Maximo, uiris
omniū memoria præstātissimis, factitatū le-
gitimus. Principio quod caput est, præceptorē
interpretantē, non attentus modo, sed & au-
dus auscultato. Non cōtentus impigre sequi
differentem, aliquoties præuolare cōtende.
Omnia illius dicta memoriæ, præcipua etiā
literis mādabis, fidelissimis uocū custodib⁹.
Quibus rursus ita cōfidas caue, ut diues ille
ridiculus apud Senecā: qui sic animū induxe-
rat, ut se tenere crederet, quicquid seruorū q̄
q̄ meminisset. Noli cōmittere, ut codices e-
ruditos habeas, ipse ineruditus. Audita ne
effluāt, aut apud te, aut cū alijs retracta. Nec
bis

Attentio

his quidē cōtentus, aliquā tēporis partē taci-
 tae cogitationi tribuere memēto. Quā unam
 diuus Aurelius, tū ingenio, tum memoriā in
 primis cōducere scripsit. Cōflictatio & tanq̃ *D. Augu-
 stinus.*
 palæstrā ingeniorū, neruos animi præcipue
 tū ostēdit, tū excitat, tū adauget. Nec sciscita-
 ri, si qd dubitas: nec castigari, si quid errabis,
 sit pudor. Nocturnas lucubrationes, atq; in-
 tēpestiua studia fugito. Nā & ingeniū extin-
 guūt, & ualitudinē uehemēter offendūt. Au-
 rora Musis amica est, apta studijs. Pransus
 aut lude, aut deambula, aut hilarius cōfabu-
 lare. Quid qd' inter ista q̃q; studijs locus esse
 pōt? Cibi nō q̃tū libidini, sed q̃tū ualitudi-
 ni satis est, sumito. Sub cœnā paulisp̃ inam-
 bula: cœnatus idē facito. Sub somnū, exqui-
 siti q̃ppia ac dignū memoria legito: de eo co-
 gitantē sopor opprimat: id experrectus à te-
 ipso reposcas. Plinianū illud sp̃ anio insideat
 tuo: Omē perire t̃ps, quod studio nō imper-
 tias. Cogita iuuēta nihil esse fugaci⁹: quæ ubi
 auolarit, redit nūq̃. Sed iā hortator esse inci-
 pio, indicē pollicit⁹. Tu suauissime. N. hāc for-
 mam, aut si quā poteris meliorē sequere, ac
 bene Vele

76 QVIS SIT MODVS REPETEN
DAE LECTIIONIS.



Vibusdā prima ac unica ferè cu-
ra est, statim ad uerbū e disceret
quod equidē nō probo. Est enim
cū magni laboris, tū fructus ppē
nulli⁹. Quorsum em̄ attinet, p̄litaci more, uer-
ba non intellecta reddere? Cōmodiorē igi^r
N. uia accipe. Lectionē quidē auditā cōtinuo
relege, ita ut uniuersam sentētiā paulo altius
animo infigas. Deinde à calce rursus ad ca-
put redibis, & singula uerba excutere icipias:
ea dūtaxat inquirēs, quæ ad Grāmaticā cu-
ram attinent. Videlicet, si quod uerbū obscu-
ræ aut ancipitis deriuationis, si heteroclitæ
cōiugationis: quod supinū, quod præteritū
faciat, quos habeat maiores, quos nepotes,
quam cōstructionē, quid significet, & huius-
modi nōnulla. Hoc ubi egeris, rursus dein-
tegro pcurrito: ea iā potissimū inquirēs, quæ
ad artificium rhetoricum spectant. Si quid
uenustius, si quid eligātius, si quid concinnū
us dictū uidebitur, anotabis indice aut aste-
risco appposito. Verborū compositionē inspi-
cies.

Relectio.

*Grāmati-
ca cura.*

*Artificiū
rhetoricū.*

ries, orationis decora sciscitabere, Autoris cō
 siliū indagabis, qua qcqd ratiōe dixerit. Vbi
 quid te delectauerit uehementius, caue præ
 ter casam (quod aiunt) fugias. Fige pedem, ac
 abs te ipso rationē exige, quare tantopere sis
 ea oratione delectatus: cur nō ex cæteris q̄q̄
 parem ceperis uoluptatem. Inuenies te acu
 mine, aut exornatiōe aliqua oratoria, aut cō
 positionis harmonia, aut (ne om̄ia p̄sequar)
 simili quadā causa cōmotum fuisse. Quod si
 aliquod adagiū, si quæ sententiā, si quod p̄
 uerbiū uetus, si qua historia, si qua fabula, si
 quæ similitudo non inepta, si quid breuiter,
 acute, aut alioqui ingeniose dictū esse uide
 bit: id tanq̄ thesaurū quendā animo diligē
 ter reponendū ducito, ad usum & imitatio
 nē. His diligēter curatis, ne pigeat quarto ite
 rare. Nam hoc habēt eruditorū uirorū, sum
 mo ingenio, summis uigilijs elucubrata scri
 pta, ut milies relecta magis magisq̄ placeāt,
 semperq̄ admiratori suo nouum miraculū
 ostēdant. Id quod tibi in rabula tua sapenu
 mero, nec sine causa, laudata euenire solēt q̄d
 quod

*Philoso
phia.**Ediscendi
modus.*

antea nō animaduertisses: Idem tibi multo
 amplius in bonis autoribus eueniet. Rele-
 ges igitur quarto, ac quæ ad Philosophiam,
 maxime uero Ethicen referri posse uideatur;
 circūspicies: si quod exemplum, quod mori-
 bus accommodari possit. Quid autem est, uel
 de quo non, uel exemplum uiuendi, uel ima-
 go quædā, uel occasio sumi queat? Nam &
 in aliorū pulchre ac turpiter factis, quid de-
 ceat, quid non, iuxta uidemus. Hæc si facies,
 iam uel edidiceris, quāquam aliud egisti. Tū
 demum, si libebit, ad ediscendi laborem acce-
 dito: qui tū aut nullus erit, aut certe pquam
 exiguus. Quid deinde? Restat, ut cū studio-
 sis congregiaris, tuas annotationes in mediū
 proferas, uicissimq; illorum audias. alia lau-
 dabis, alia reprehēdes: tua partim defendes,
 partim castigari permittes. Postremo quod
 in alijs laudasti, tuis in scriptis mutare cona-
 beris.

VTRVM SECRETA STVDIA PLVS
 conducant, quàm conflictatio illa, aut cōtra.

SECRETA studia à doctis laudantur: at
 ita, ut

ita, ut postea è latebris in harenam prodeamus, uiriumq; nostrarū periculū faciamus. Id quod sapientissime à Socrate est dictū.

Experiamur utrum partus ingeniorum uitales sint, inanem obstetricum industriam imitati. Quare alternatim utrisq; utetur, qui nō uulgariter uolet euadere doctus.

BASILEAE APVD IOANNEM FRO/
BENIVM MENSE FEBRVARIO.

AN. M. D. XIX.

75
THESE ILLUSTRATIONS
I have been able to find in no other
work, and I have been able to find
in no other work a more complete
and accurate account of the
history of the
art of
the
art of
the
art of



PROJ
BASILIA
REINOLD WILHELM HERMANN
AN. M. D. XIX.